



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

Admodvm Reverendo At Qve Amplissimo Domino D. Benedicto
Blommaerts Monasterii B. Mariæ De S. Salvatore Abbati Meritissimo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

ADMODVM REVERENDO
ATQVE
AMPLISSIMO DOMINO
D. BENEDICTO
BLOMMAERTS
MONASTERII B. MARIE
DE S. SALVATORE
ABBATI
MERITISSIMO:

Prodire denuò in Lucem, AM-
PLISSIME DOMINE, opuscu-
lum hoc sub tuis auspiciis postulat,
ad dam renasci. An exiguum fortè,
quod offerimus, munusculum? fate-
mur, at modicis sæpè delectandum.
Affectum aspice: muneris non sper-
netur exiguitas. Titulus huius;
Fasti Mariani; atq; utinam nos verè
Mariani, effemus & fastis inscri-
bendi. Id enim hic agitur, atq; uti-
nam peragatur, ut intelligant fide-
les, & seriò cogitent, quod in illis,
† 3 quæ

quæ hoc continentur libello, totius
felicitatis non modo unius aut alte-
rius, sed prorsus omnium mortalium
cuiuscunque sint conditionis vel
status prora & puppis sit. Verum id
esse vociferatur iterata diversis in lo-
cis editio, semper laudata, ac om-
nium votis expetita. Excipe igitur
opusculum hoc maximum re, nec
voluntate minimum amoris pignus
eo, quo ex æquo, & candidus can-
dido omnia interpretaris, animo:
Liceatq; hoc sub tui nominis patro-
cinio in publicum evulgari, sibi que,
cui iure debetur offerri & consecra-
ri, cui Deus, superi, tellus favent.
Maximum re dixi. Quid ni? Si no-
men respicis, omen reperies. Sin
meditaris sublimia, (sublimibus o-
culis aspici & merito suo Flagitat)
sidera complectitur, sidus aliquan-
do, & *Benedictus* cum *Benedicto* fu-
turus. Sin *Flores*, *mauis*, *apparue-
runt*, suos & cælum habet. Tu
plantasti, rigasti, quos Superi tan-
dem

dem carpent. Profectò ex illo, quo
inauguratus es, tempore, dignitatis
vestræ viridarium, non desit Fron-
des, Flores, fructus uberiores pro-
ferre, pro Religionis & Monasterij
vestri gloria. Pedum, Mitra, en-
merces. Merito igitur hæc, AM-
PLISSIME DOMINE, Tibi contu-
lere Superi. Applaudimus morta-
les: precamurq; habeasiugiter ad-
spirantem Fauonium æternæ *Spiri-
zum veritatis*: Sicque valeas sine fi-
ne Flores germinare, quibus ver-
perpetuum, ut ex iis corolla possit
efformari, Sacris temporibus in
æternis sæculis imponenda. Quod
ex corde, animo, sinceroq; amore
vouemus, deuouemus, Vale

Admodum Reverendæ

ac

Amplissimæ.

D. T.

Devotissimus Cliens

HENRICVS AERTSSENS.